



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLIII. Rescriptum ad Episcopum de visitatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

178 MARCVLFI MONACHI
phans captiuitatem, dedit dona ho-
minibus, propterea remeauit ad cæ-
los, anni circulo reuoluēt, quæ fœ-
licitas, vel prosperitas vestram con-
stitit industriam , aut sanctitatem
excepisse, ipsoque Deo præsule per-
egisse, cum eulogiis peculiaris patris
vestri sancti illius, & salutationis of-
ficia veneratione præcipua mitten-
tes, quæsumus ut nostram extremi-
tatem affatu dignabili iubatis spe-
cialibus informare.

XLIII. RESCRIPTIO AD
Episcopum.

Dominō sanctō, meritis Apo-
stolico, in Christo desiderabi-
li, Domino & fratri illi Papæ , ille
peccator Episcopus ; Vestrās sacras
almitatis vestræ deferente venera-
bili filio communi illo , vt celitus
donatum, nos accepisse prænoscite,
& comperite. De edulio depasti

recreatique sancto hoc de munere
vestro trepidantes, gratias multas
agimus, &c.

XLIV. *QVOMODO EPISCO-*
pus in natiuitate Domini, ad Regem,
Reginam, vel ad Episcopum vi-
sitationis dirigit scriptum.

Glorioso atque præcelso , &
Gvniuersalis Catholicæ sanctæ
Ecclesiæ filio illi Regi, ille Episco-
pus: Gloriosæ atq; præcelſæ , & vni-
uersalis Catholicæ, sanctæ Ecclesiæ,
filiæ illi Reginæ , ille misericordia
Dei Episcopus: Domino inclitoq;
cultori, atque Apostolico, Domi-
no & in Christo fratri illi Episcopo,
ille peccator Episcopus.Dum gene-
raliter dominicæ natiuitatis exulta-
mus aduentum, césum debitæ sub-
iectionis desoluere perurgemus:at-
que ideo salutationum munia cum
eulogiis peculiaris patroni vestri

M ij